



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

cipe mundi & sapientia carnis uidentur insanire & digni qui contemnantur & abijciantur, Esa. 53. Nihil enim uidetur nisi formæ crucis & stulticiæ, & ferè fit ut ipsi fideles nihil uideant nõnunq̃, nisi suum peccatũ, quemadmodũ Christus quãdo nostrum portauit. Verum interim cæcus satan & stulta mundi sapientia suos uictores non agnoscit. & c.

CAPVT XXII.



Hoc caput indicat totam Dauidis progeniem nõ esse tutam in regno Saulis propter Dauidem, & propter eundem occidi sacerdotes domini. Qui potuisset apertius describi ista tyranni insania? Neq; dei neq; hominum hic habetur respectus, ubi seruitur animi infidelis morbo, qui affectus est in omnibus qui querunt sua, ut maxime sese non prodant ad tempus, sed in speciem optimi uiri uideantur. Simul omnes interiisse uolunt quotquot resistunt. Nam utcunq; atrociam istam iudicentur, tamen speciem boni regis Saul defendere conabatur, id quod & eius oratio indicat, Dauidem enim persequitur, & quotquot ei fauent, ut eos qui in regem conspirauerant & coniurati erant. Ita mentitur iniquitas sibi, Psal. 26. Ita iustus & iusticiæ confessor non solum persecutionem sustinet & odiũ, sed etiam quotquot ei bene uolunt, scdm illud. Si de mun

do fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. &c.

Speluncam.] infra uocat praesidium.

Quod cum audissent.] Augetur Dauidis angustia & necessitas, dum & suis est mali occasio, sed rursus consolatio eius est quod nemo ex eis non agnoscit Dauidis innocentiam. Ita temptat hic omnia deus, & facit in tentatione puentum, ut possimus sustinere. 1. Cor. 10. Huc pertinet quoque quod augetur Dauidi exercitus ex illis qui in angustia erant. Ita fit non casu, sed dei prudentia nobis occulta, ut aliorum miseria (ut hic Dauid) sit alijs consolationi, imo dum simul adflicti coguntur simul sibi sint adiumento per deum. Sic dum hodie eijcit alicunde bonos praedicatores & exules, facit ut alibi conscientijs adflictijs cum gaudio medeantur. Sic eijcit Ioseph ut in Aegypto per eum toti progeniei consulat. ALLEGORIA. Christus est adflictijs conscientijs pater, id est, publicanis & peccatoribus sese agnoscantibus, qui in scripturis pauperes dicuntur & unici, id est derelicti &c. Praeterea nota hoc loco impium regnum Saulis, qui sanguinem sitit innocentium, dum suae cupiditati obsequitur, ut hodie mundi principes, & non consulit, imo sinit opprimi qui in angustia sunt & amaro animo, & premuntur aere alieno, alioqui, cur fugeret ad Dauid? Et profectus.] Supra diximus de fuga Dauidis ad gentes, cuius allegoriam forte aptiori loco tractabimus.

Dixitq; Gad.] Propheta nescio quo cōsilio iubet
 Dauidē redire in terrā Iuda, quo facto amplius irrita
 tur Saul, & pereūt sacerdotes cū omnibus. Aduerte
 igitur admirabile dei consilium. Contra domū Heli
 locutus erat dominus supra cap. ij. id quod hic per
 Saulem impletur grauißimo certe peccato, dum non
 solum regem à deo unctū quærit ad mortem, sed etiā
 propter eum ne sacerdotio quidē à deo ordinato &
 instituto parcit, sed ut istud fiat occasionem dat Achi
 melech pietatis siue charitatis ope, Maxime uero san
 ctus ipse Dauid qui sacerdotem decepat. Vnde nunc
 ait, Ego sum reus omnium animarum patris tui. Non
 tamen hoc uoluit Dauid. Itaq; ut iudicia sua deus cō
 pleat, etiam sancti sæpe, dum nequaquam hoc uolūt,
 cooperantur, ut non mireris, si, qui perire debuerūt,
 abiecta Euangelica luce per errores etiam sanctorū
 seducti sint, aut certe per opera quæ in sanctis nō fue
 runt omnino mala. Nam futurum erat ut seduceretur
 mundus Antichristiana doctrina, quæ eam speciē ha
 bitura erat, ut etiam (si fieri posset) seduceret electos,
 nimirum etiam errantibus ad tempus sanctis, quos er
 rare facit dominus, non perire, ut pereāt qui dilectio
 nem ueritatis non susceperunt. 2. Tess. 2. Sicut hic po
 steri Heli debebant perire, sed ad hoc oportuit Dau
 idem sanctum occasionem dare, qui tamē nihil magis
 abhorrebat quàm hoc scelus, quemadmodum infra le
 gis, quod

gis, q̄ ne in sceleratum quidē regem & aduersarium
data occasione audet mittere manum, propterea q̄ sit
Christus domini &c. quando quæso tot Christorū &
innocentiū curaret mortē? sed, ut diximus, iudicia dei
sunt talia, quæ agnoscetes ex uoluntate dei fieri pa=
tioribus sumus animis si quid per nos nihil tale uo=
lentes designatum fuerit, quemadmodū est illud, q̄ bo=
na conscientia decepimus ante populū missis, prædi=
catione, honesta uita &c.

Iemini] Id est de stirpe & tribu mea. Qui tam
sapienter orat secundū prudentiam & eloquentiam
seculi, quādo caro iudicaret agi à Satana? & præter=
ea uides quāta astutia colorē bonū nitatur obducere
cordi pessimo. Dauid hic ita insidiatur est sicut Chri=
stus cum suis seductor mūdi & perturbator &c.

Doëg] Iste impius Idumæus gratiā domini am=
biens & sua querens fit proditor innocentia, figura
omnium qui suæ ambitioni & cōmodo consulentes,
conculcare adiuant dei ueritatem & eius professo=
res, ut indicat titulus psalmi. 51. Vbi increpatur impi=
us, ut erat Saul, q̄ dilexerit talia & sperauerit in con=
silijs suis & rebus. Iustus autem ut erat Dauid, dicit,
Ego autē sicut oliua &c.

Num hodie. Quid mirum si consuluerim pro
eo dominum, cū id antea solitus sim, certe non contra
te, sed pro eo qui regni tui negocia gerebat. Insidia

torem regis ignoravi Dauidem. Interim impium cor
regis uides qui etiam non uult inuocari pro Dauid
dominum &c. **Morte.**

Sententia impia est nunc, quæ tamen exequitur sen-
tentiam domini rectam supra latam cap. 2. Sic impij
sunt ministri dei dum etiam non deo, sed Satane ser-
uiunt. Notus est locus Esa. 10. V. e Assur &c.

Sacerdotes domini subinde hic uocat scriptura, ut
atrocius scelus depingat & magis impium Saulis ani-
mum ei q; obsecundantis Idumæi Doëch.

Noluerunt,

Scilicet ueriti deum, ut cūq; adeo adhuc infirmi ut non
defenderent innocentiam & pietatem.

Ephod.] Ne species quidem sacerdotalis habitus,
qui signū erat cōsecratiōis diuine, deterruit à scelere.

Nobe.] Horrendo exemplo alijs ciuitatibus com-
minari uidetur, ne faueant Dauidi.

De Abiathar diximus cap. 2.

CAPVT XXIII.



Stud scilicet fuit dei consiliū quare uolua-
erit Dauidē reuerti in terrā Iuda, nempe
ut Ceila urbs Iuda liberaretur, et fortiter
agret per deū Dauid pro suo regno contra Philistæ-
os, sed ista uictoria statim cruce premitur, dū Saul sibi
datā etiā à deo opportunitatē occidendi Dauidē ara-